

13.

halle, Univ. Bibl. Ye 80 fol., fol. 83d (coll. Hal. c. 25) [= H]
 Clm. 8302 fol. 102b (= coll. Monacen. c. 60) [= M].

(1187—91).

Idem Nidrosiensi^{a)} archiepiscopo^{b)}.

Cum non et homine *et infra*. A nobis itaque fuit ex parte tua quesitum, utrum liceat regi vel alicui seculari persone iudicare clericos cuiuscumque ordinis sive in furto sive homicidio vel periurio aut falso testimonio seu quibuscumque fuerint criminibus deprehensi, § item an tenearis abstinere a communione illius, qui pro temeraria manuum iniectione in sententiam incidit, antequam excommunicatus publice nunciatur^{c)}, et incidant in canonem late sententie interfectores clericorum aut presbiterorum illorum, qui abiecto suscepti ordinis ministerio in publicis bellis vel etiam preter bella se homicidiis^{d)} polluere non verentur, cum in commensationibus et ebrietatibus atque rapinis et aliis enormitatibus eque sunt ut laici vel deterius debacantes, § rursum que penitentia sit illis^{e)} laicis indicenda^{f)}, qui sequuntur castra Sueri et, cum nolint ab homicidiis furtis rapinis^{g)} et aliis maleficiis^{h)} abstinere, penitentiam a sacerdote imponi sibi deposcunt, que si quilibet inponatur eam renunt^{h)} et recusant aut ridiculose subsanantⁱ⁾, si vero^{k)} negetur, ut forte ex dilato desiderio converti ferventius^{l)} inardescant, sacerdos, qui eis penitentiam pro tempore subtrahit, Sueri predicti atque suorum inimicitias cum timore capitalis periculi incurrit.^{m)} § [1] In prima ergoⁿ⁾ consultatione taliter respondemus, quod si clericus in quocumque ordine constitutus in furto vel homicidio vel periurio seu alio mortali crimine legitime fuerit^{o)} deprehensus atque convictus, ab ecclesiastico iudice est deponendus; qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri;

Rubren (nur in H) zu § 1: Quando clericus puniatur ab episcopo et quando a iudice seculari.

^{a)} nidroñ H, Idrosien M.

^{b)} episcopo M.

^{c)} denunciatur M.

^{d)} homididiis H.

^{e)} fehlt M.

^{f)} imponenda M.

^{g)} maleficiis H.

^{h)} renunt H.

ⁱ⁾ subsannant M.

^{k)} forte H.

^{l)} frequentius M.

^{m)} incurrunt H M.

ⁿ⁾ igitur M.

^{o)} fuerunt M.